

pe Couartuiam licet in alio proposito, in pract. qu. cap. 13. num. 7. & ita videtur intelligenda hec lex.

Sed his non obstantibus, ego in proposito questione sic distinguo, quod si pro supra dictis agatur contra ipsos clericos, conueniendi sunt coram suo proprio iudice, non vero coram laico, quia iudex laicus non est competens contra ipsos, & ideo eos cogere ad solutionem dictarum pœnarum minime poterit: & ita procedit quod tradit Cast. ubi supra in d. l. 70. Titul.

Si vero agatur pro supradictis contra res clericorum, & sic contra animalia eorum damnanda in fructibus & aliis rebus alienis, pro pœnis ab statutis ciuitatis vel ville impositis, iuxta calum nostræ leg. 2. iudex ¶ secularis erit competens, quia ipsa animalia, que damnata sunt, sunt de foro seculari. arg. doct. Bal. in l. de bis, C. de Episc. & clerici ubi tenet, quod quando tributum est appropriatum ipsi rei, iudex potest raittere ad rem ipsam, licet sint clerici & inde recipere tributum, quia est de sua iurisdictione, tam vniuersali, quam particulari, sed quod non poterit iudex secularis aliquid facere in personam clericum, per Authen. statutus, C. ead. tit. Idem in effectu tenet idem Bal. in auth. sed & periculum, C. sine cens. vel reliq. cum Innocent. quæ refert, dicens, quod si possessiones clericum deberent aliqua munera, iudex secularis per occupationem possessionum, quas habet clericus in sua iurisdictione, distinguit, & quod ex hoc non incidit in excommunicationem, quia facit iuris auctoritate: quam doctrinam Bald. sequitur ad l. eadem Gregor. Lop. in leg. 91. in glos. porrazon de suis personis tit. 6. p. licet titubet, nec ita se refertur, ad Gregor. in l. 24. tit. 15. part. 7. verb. el ganado, vers. per suum iudicem, & c. Petr. N. un. Auen. 2. part. cap. 14. prator. n. 11. & Nicol. Balb. in suo consil. post de cisi. Pedem. 68. num. 34. & sequent. A fortiori igitur animalia clericorum capi poterunt in proposito, & distinguere per iudicem secularem, cum ipsa sint qua damni derint, & pœnam incurrant. Pro eadem ¶ sententia facit, quod eleganter decidit Lucas de Penna, in leg. iudicemus, C. de nauibus non excusan. lib. 11. col. 1. vers. hac faciem, ubi agens ad vtramque partem, refoluit, quod Princeps secularis potest statuere, quod animalia clericorum & ecclesiasticum a suis pascuis arceantur vel etiam pascuis priuarorum, nec lumant illa dominis inuitis, & quod si inuentantur in illis pascua lumentia, soluant pœnam, alias impune possint offendi, vt ibi per cum, quem refert & sequitur Aul. ca. 17. prator. gluf. buenas. n. 11. fol. 159. in hoc enim secundo casu nostræ distinctionis, differens ratio militat, quam in l. quanta, in illo agitur contra ipsomet clericos, & ideo merito quod sint conueniendi coram suo iudice competente, qui est ecclesiasticus. At vero in hoc secundo non agitur contra personas clericorum, sed contra animalia ipsorum errantia in alieno: quare cum ipsa sint de iurisdictione seculari, merito quod distinguere possint per iudicem secularem.

Et hunc ¶ casum nostræ questionis, circa intellectum dist. l. Reg. 12. habui iam in praxi, & in Regali Cæcellaria Pintiana fuit decisa causa iuxta hanc meam sententiam in hoc secundo casu distinctionis, me existente patrono pro cocilio & officialibus ciuitatis populi, qui fuerunt denunciati a fiscalibus ciuitatis iudice ecclesiastico, eo quod cepissent quosdam oves cuiusdam clerici pascetes in pascuis prohibitis, & eas vendidissent pro pœna ab statutis illius oppidi ab Imperiali Maiestate Caroli V. confirmatis imposita: ipse defendi eos declinando iurisdictionem iudicis ecclesiastici, qui hoc non obstante, se iudicem competentem pronunciendo declarauit, posse capi animalia clericorum a laicis in pascuis prohibitis, & detineri pro pignore, non tamen vendi nisi cum licetia iudicis ec-

clesiastici: à qua sententia meo cocilio fuit appellatum, & negotium delatum ad dictam Regiam Cancellariam per viam uolietia: Dedi in scriptis supra dictas remissiones Doctorum, & allegaui hanc l. 12. Tandem resposita fuere omnia gesta à prædicto iudice ecclesiastico super hoc negotio, remittitudo id ad iudicem laicum, qui de causa posset & deberet cognoscere: quæ sunt meti tenenda, pro intellectu nostræ l. 12. Ex quibus etiam iterum cociliatus respondi iuxta primum casum distinctionis supradictæ, quod cum fuisset denuntiatum coram quodam iudice seculari de quibusdam religiosis, eo quod animalia sua minime describerent, iuxta l. 3. tit. 18. non collecti. Reg. sub pœna amissionis eorumdem, prædictum iudicem secularem minime competentem esse cõtra religiosos, eo quod aduersus personas eorum, quibus imputabatur culpa ex omissione descriptionis, coram suo iudice Consecratore agendum esset, præcipue cõ animalia prædicta nulla damnata dedissent, sed domini eorum omissionem prædicti descriptionem, si facta non erat, & sic de eorum negligentia agebatur. Quo audito responso, religiosi Consecratore elegerit virtute literarum Apostolicarum sibi à Sede Apostolica concessarum: qui quidem iudex Consecrator processit rite & recte aduersus prædictum iudicem laicum, & causa delata ad Regiam Cancellariam Pintianam per modum violentiæ, fuit remissa ad prædictum iudicem ecclesiasticum, cuius iurisdictioni secularis obtemperauit, & mandato ecclesiastici Consecratoris sic à causæ cognitione inhihibuit virtute dicti decreti Regalis Cancellariæ.

SVM MARI A.

1. Anie qui post delictum commissum ordinem ecclesiasticum suscepit vel factus sit religiofus, possit per iudicem secularem puniri, vel sit remittendus ad ecclesiasticum: & refertur quorundam sententia Hispanorũ tenentiu, quod à iudice seculari distingui possit.
2. Sed in hac questione assignatur prima conclusio, quod ecclesiasticum ordo post delictum commissum ab aliquo absque vlla fraude susceptum, cum omnino liberat a iurisdictione iudicis secularis.
3. Secunda conclusio: Assumens ordinem ecclesiasticum post delictum a se commissum in fraudem, ut se eximeret à iurisdictione seculari, non liberatur ab ea, sed potest à iudice laico contra eum procedi.
4. Idem in clerico coniugato cum vnicâ & virgine existente in habitu laicali, præuento de aliquibus criminibus per iudicem temporalem, & promittente se presentare in dicto habitu laicali, & postea comparente in habitu & tonsura clericali, conclusum fuit in Capella Tolosana.
5. Fraus maxime in proposito presumitur, si quis post delictum commissum ante susceptum ordinem fuerit accusatus vel denunciatus, aut sane infamatus.
6. Fraus in proposito in vniuersum presumitur ex eo, quod post crimen commissum, tumore secularis iurisdictionis qui ordinem suscepit.
7. L. si de pen. & l. in iuriuriam, ff. de pen. cõ siml. probantur in delictis delictum, non vero sententiam, quoad pœnam imponendam, considerandum esse, intellectus.
8. Bulla Alexandri VI. & Pii III. super habitu & tonsura à clericis deferendis, ut gaudeant priuilegio clericali.

L. tit. 4. lib. 1. Nou. Collecti. Reg.

QVÆSTIO V.

QVÆRO ¶ primo circa l. 1. tit. 4. lib. 1. noua collecti. Re. & simul cum fact. C. cil. Tridit. sessi. 32. c. 6. ibi

ibi relato, ubi ponitur requisita quædam qualitates, que necessario debent interuenire, ad hoc vt clerici primas tonsura & aliorum ordinum minorum gaudere possint priuilegio fori in causis criminalibus.

An ita ¶ qui post delictum commissum ordinem ecclesiasticum accepit, & prædictas qualitates habuerit, vel factus sit religiofus, possit per iudicem secularem puniri, vel sit remittendus ad iudicem ecclesiasticum: Et videtur, quod possit à iudice seculari distingui, & minime debeat ad ecclesiasticum remitti. Primo, quia in delictis quoad pœnam imponendam, semper attenditur tempus delicti commissi, non vero tempus sententiæ, vt in l. 1. ff. de pen. & in l. in iuriuriam, ff. de iur. iur. Secundo prælat bonum argumentum text. in l. si quis decurio, vers. fin. C. ad l. Cor. de sal. ubi habetur, quod licet decurio non possit torqueri, tamen si commiserit falsitatem, antequam esset decurio, bene potest torqueri, & sic hæc dignitas vel qualitas superueniens in persona delinquentis post delictum commissum, non excusat à pœna vel torura. Tertio, per nostram legem & ob decretum sancti Conci. Triid. quibus tantum conceditur priuilegiu fori in criminalibus, prædictis clericis in minoribus constitutis delinquentibus post ipsam primam tonsuram, vel ceteros ordines minores receptos, non vero prius; præmaxime attetâ Bulla sanctissimi domini nostri Pii III. & ipsius declaratione & publicatione facta in eius executione à Nuntio eiusdem Sanctitatis Episcopo de Carriere, relatis in hac eadem l. in vers. Goformandonis cum vna Bulla que a nuntia supplicacione concedit nuntio nro sancto padre Pio III. & c. ibi. Que los dichos clericos continuamente, o por interuenos seys meses antes del delito tray an vestiduras largas, con bonete en la cabeça, y la corona abierta, legun y como lo traen y a cas tumban a traer los clericos de missa de los Reynos, & c. Idem prius (præterquam in numero dictorum sex mensium, nam quatuor fuit contentus) concesserat Alexan. VI. Pontifex Max. anno domini, 1492. statuens, clericos prima tonsuræ quoscunq; iamlibi liberi sint à matrimonio, non esse exentos nec immunes in criminalibus causis, & quatuor proximis ante mensibus, tonsura & vestibus clericibus vbi fuerint, prout referebatur olim ante hanc nouam collectionem legum huius Regni, in pragmatice 21. huius regni in cuius Bullæ locum hodie in hac nostra l. 1. ponitur Bulla Pii III. cum ipsius declaratione à prædicto Nuntio facta, qua eadem pœnæ statuerit: & solum innovatur tempus, nam in locum dictorum quatuor mensium contentorum in Bulla Alexan. VI. assignatur nunc sex menses. Quo fit, vt illhæc opinio præbata videatur in prædictis l. Regii atque Bullis summorum Pontificum, quam etiam tenere videtur DD. in cap. 1. post glos. ibi, de obligatis ad ratio. & in terminis quævis prædicta iura Regia nec Bullas referat, ita tenent Ant. Gomez. in 3. tom. cap. 10. num. 1. & per Ballam Alex. tenet eandem sententiam constantissime Petrus Nannez. Auen. lib. 1. de exsequendis mand. Reg. cap. 22. num. 12.

Sed his non obstantibus, non est tenenda prædicta sententia, sed in quæst. proposita, vt veritas magis clucescat, & firma resolutio habeatur, faciendæ sunt quæ conclusiones verissimæ & tenendæ.

Prima conclusio est: ecclesiasticus ordo post delictum commissum ab aliquo absque vlla fraude susceptus, cum omnino liberat à iurisdictione iudicis secularis, argumento text. in l. bos accusare, §. hoc beneficio, & in versiculo, item magistratum, ff. de accusat. ubi. Angel. & Alberi, & in l. qui cum vna, §. reu. ff. de re militari. Ita tenet Oldrad. consil. 4. & hæc est communis opinio secundum Stephanum Aulteri in Clementina 1. de officio ordi, regulâ

1. Fallent. u. quam communem esse de iure canonico cum prædicto Stephano fatetur Auen. ubi 3. & insignis Covar. cum sequitur arentis dicta Bul. Alex. VI. & dist. pragmatice Regia, 21. in pract. q. 23. nu. 4. in 1. & 2. conclusione. Et hæc conclusio est frequentiori calculo recepta, vt restatur Petrus Placa l. 2. delictorum, 357. §. 5. & eum refert ens hoc affirmat & sequitur Iulius Clarus, in sua practica criminali, §. ff. q. 36. in versiculo, sapienter conuincit. ubi etiam loquitur in illo, qui post delictum commissum factus est religiofus.

Secunda conclusio est: Assumens ordinem ecclesiasticum post delictum a se commissum in fraudem, vt se eximeret à iurisdictione seculari, non liberatur ab ea, sed potest per iudicem laicum contra eum procedi ad punitionem dicti delicti, non vt possit puniri corporaliter à iudice laico, sed tantum in confiscatione bonorum aut pœna pecuniaria, prout qualitas delicti exposcerit: emanabit igitur in hoc casu clericus subditus iudici seculari ratione causæ & honoris, nõ autè respectu personæ: hæc est communis opinio secum. Step. Aulteri. Auen. Covar. Petrus Placam, & Iul. Clar. ubi supra, qui alios idem tenentes referunt. Idem ¶ in clerico coniugato cum vnicâ & virgine existente in habitu laicali, præuento de aliquibus criminibus per iudicem temporalem, & promittente se presentare in dicto habitu laicali, & postea comparente in habitu & tonsura clericali, qui fuit à prædicto iudice incarcerationis, quæ uis à iudice spirituali peteretur remitti: fuit conclusus per Capellam Tollosa iudicio & votis grauissimorum iuriconsultorum, ut patet decisione eiusdem Capellæ 14. 42.

Et secundum ¶ plerique ex supradictis Doctoribus fraus maxime in proposito præsumitur, si quis post delictum commissum, & ante susceptum ordinem fuerit accusatus vel denunciatus, aut sane infamatus. iuxta. rex, optimum, in leg. vltim. ff. de re militari, & in leg. vltim. ff. de bonis eorum qui mortem sibi consueverunt, & ita tenet maior pars interpretum, vt attestatur Placa ubi supra, d. cap. 15. n. 1. circa si relatus per Iul. Clarum, ubi supra, in hoc vers. sed propositio, dicens quod alias senatus iudicauit beneficium in fraudem susceptum fuisse: quoniam post delictum commissum illud adeptus fuerat delinquens, & quod hoc multo magis locum haberet in eo, qui iam fuisset condemnatus, & postea fecit se clericum, prout in facti contingentiæ dicit senatus iudicasse. Addit ¶ Covar. ubi supra, vers. fraus vero, cum Bald. quem refert, in vniuersum fraudem præsumi ex eo, quod post crimen commissum timore secularis punitionis quis ordinem suscepit.

Non obstant ¶ primum & secundum fundamentum pro priori parte adducta: nam ea loquuntur respectu diversitatis temporis delicti & sententiæ, quoad pœnam imponendam: Item & qualitates superuenientes post delictum commissum, quæ tempore delicti non aderat in delinquente, respectu pœnæ vel toruræ, quæ dissimilia sunt à nostra questione clericatus noviter suscepti post delictum commissum, respectu iurisdictionis iudicare debentis, nam hoc casu, cum vtiq; tempore cognitionis & sententiæ proferendæ, delinquens reperitur clericus, cessante fraude, contentaneum est, vt iudex ecclesiasticus sit competens contra ipsum delinquentem, non vero laicus. At vero in casu d. l. cum similibus, ff. de pen. & d. l. si quis decurio, non agitur de iurisdictione, nec de ea dubitatur, sed de pœna imponenda delinquenti, cuius temporis haberi ratio debeat, an delicti vel sententiæ: Merito quod tempus commissi delicti considerandum sit, nõ vero sententiæ, quandoquidem illo tempore incurra pœna fuerit, in hoc vero minime, quæ cum iuste sit merita, auferri non debet propter qualitatem de noue

superuenientem. Aliter enim daretur asyllum siue re- fugium ad euadendam penam merito incursum in fraudem debite punitiois contra uilitatem Reipub- licæ: cuius interest ne delicta remaneant impunita vel minus sufficienter punita, ut in leg. ita vulneratus, ff. ad l. Aquilicæ ratio cessat in nostro casu, cum pena debeat pro delicto minime minatur propter sus- ceptum ordinem, sed tantum iudex illam impone- re debens ostenditur.

8 Non obest nostra l. Regia, nec Bulla Alexa. VI. & Pii. III. cum sua declaratione pro 3. fundamento pri- oris partis adducta, quia summi Pontifices præfati, nec legis lator noster aliquid uoluerit immutare circa clericos illos, qui post delictum commissum eccle- siasticum ordinem acceperunt, cum de his tantum tra- dauerint in prædictis bullis, & in nostra leg. qui tem- pore delicti tenebantur iure Pontificio tonsura & ves- tib. vii. clericaliibus; quia esset satis à re. pposita & pe- titio omnino alienum, tonsuram & vestes clericales exigere in his qui essent vere laici, nullo ordine eccle- siastico insigniti: nam de his qui laici erant, cum crimen fuit perpetratum, nihil est ibi petendum à Summo Pontifice, nec ab eo responsum: siquid hi non tenebantur tunc nec poterant tonsura simul & vestibus clericilibus vii. eosque uoluerunt Summi Pontifices culpa notare, ad omittendum fori priuilegium, qui tenebantur tonsura & vestibus clericilibus vii, ut con- stat ex ipsarum constitutionum serie.

Quamobrem nihil noui ex eisdem potest deduci circa illos, qui post delictum fuerunt promoti ad pri- me tonsuræ gradum, idcirco eorum ius & exemptio à iudice seculari erant examinanda his rationibus & au- thoritatibus, quibus examinari & expediti poterat ante prædictam constitutionem & nostram legem, ut tam subtiliter, quam vere meo iudicio perpendit Couar. dist. quest. 32. Prædicarum quest. num. 4. aduersus doctissimum Auenda. ubi supra tenentem, hodie auctoritate dict. constitutionis clericum, qui ordinem ecclesiasticum assumserit post crimen commissum, posse à iudi- ce seculari puniri, etiam corporalibus pœnis, quia tempore commissi criminis, nec tonsura, nec vestibus utebatur clericilibus: nam uerius est contrarium, cum Summus Pontifex in hoc casu nō loquatur, sed in clerico qui tempore delicti commissi talis erat, tonsura tamen & vestes clericales minime deferebat, quare tenenda est nostra secunda conclusio supra dicta & com- munis etiam attentio iure Regio, & dict. Alex. VI. con- stitutione, quibus nihil innouatur in casu de quo agi- mus, ut est prædictum.

S V M M A R I A.

- 1 Delinquentibus simul clerico & laico, an uterque de- beat conueniri coram iudice ecclesiastico, & sic quod laicus ratione socii gaudere debeat priuilegio fori in criminalibus, necne, per totam questionem & cap. fundatur pars affirmatiua.
- 2 Quando est controuersia inter ecclesiasticum & secula- rem iudicem super aliqua persona uel causa, cog- nitio ad ecclesiasticum pertinet, tanquam ad digniorem
- 3 Clericus & laicus si sint simul obligati, laicus occasione clerici coram episcopo conuenitur, sed hoc non serua- tur in practi. ut in num. 10.
- 4 Alimentum præstandum ab heredibus laici & clericis, de- bent peti coram iudice ecclesiastico: sed contra nu. 10
- 5 Mulier que commisit fornicationem cum clerico, effi- citur de foro ipsius clerici, uide contrarium. nu. 10
- 6 Si sint duo socii omnium bonorum, & alter sit immunitus absolutioe gabellarum, alter uero non ille, qui non est immunitus, ex persona socij efficitur immunitus, sed con- trarium, num. 12.

- 7 Fundatur pars negatiua in questione principali, & tri- meris sequentibus.
- 8 Fratres tributarij non liberantur à contributione onerata pro suis partibus, si habeant patrimonium uel fun- dum communem cum alio fratre clerico.
- 9 In indiuiduis & inseparabilibus sociis bene gaudet priuilegio socij.

Eadem lex 1.

Q V Æ S T I O V I.

Q Væro secundo circa eandem legem Regiam, An t delinquentibus simul clerico & laico, uter- que debeat conueniri coram iudice ecclesiastico, & sic quod laicus ratione socii gaudere debeat priuilegio fori in criminalibus, necne? Nam si gaudere potest, esset opti- ma extensio & declaratio ad nostram legem. Quod ui- detur primo, ne contentio causa diuidatur, argum. 1. nulli, C. de iudi. c. i. similiibus. Secundo quia magis dignū attrahit ad se minus dignum, ut in cap. quando, de iudi. & in cap. quod in dubiis, uers. fin. de consecratione ecclesie, cum similiibus. Sed clericus est magis dignus quam lai- cus, & iudex ecclesiasticus est etiam laico dignior, ergo, & c. Ex quo t inferitur, quod quando est controuer- sia inter ecclesiasticū & secularem iudicem super ali- qua persona uel causa, cognitio ad ecclesiasticū pertinet, tanquam ad digniorem. secundum Anton. Butr. in cap. ceterum, col. 3. de iudi. quam plures referens testatur communem dict. Doll. Perez. in rubric. tit. 1. lib. 1. Ordina- menti, colum. 74. c. que communis est hodie approbata in leg. fin. huius, tit. 4. lib. 1. noua collecti. Reg. eo casu quo agi- tur, an coronatus debeat gaudere priuilegio fori: nam inquit lex, quod iudex ecclesiasticus cognoscit super hoc & est iudex competens. Tertio, quia ratio- ne indiuidui socius utitur priuilegio socij, ut in c. per- tuas, uers. quod autem, de arbi. l. si communem, ff. quem ad- modum seruiunt, amit. Quarto, quia à duobus iudicibus simul procedentibus, clerico & laico, appellatio inter- ponenda est ad superiorem ecclesiasticum ratione clerici, & non ad secularem, Cardin. in c. super questionem, §. si uero duo, uers. quarto pono de offi. delega. Quinto ex- tex. in lege uirum, ff. ad l. Pompeianam de parricidijs ubi ha- betur, quod si filius cum extraneo occidit patrem, u- terque tenetur pœna parricidij. Sexto, per tex. in leg. §. C. de accusationibus. ubi confessio rei capti de socio crimi- nis, non nocet ei: quia forte dolose & falso hoc asse- uerauerit, ueniam delicti sperans ex persona socii ab eo nominari: ergo uult tex. quod si uere esset socij crimi- nis, gauderet vnus priuilegio alterius. Septimo t facit 3 optima doctrina Bart. in leg. præcipimus, §. eodem obser- uando, num. 2. C. de appellat. ubi tenet, quod si sint tibi clericus & laicus simul obligati, occasione clerici lai- cus coram Episcopo conuenitur, quā Bart. opinione plures Doctores referens testatur communem eam se- quitur Doct. Perez ubi supra, col. 746. in princip. in uer- sine etiam Bartolus, post Anton. Gom. in 3. tom. cap. 10. n. 6. ultra quos eandē sequitur Ias. in leg. si emancipati, C. de coll. n. 3. & Maranta amplians & limitans, de ordine iudiciorum. 4. part. 11. dist. num. 21. cum tribus sequentibus, sel. 218. & Hippolytus in rubric. de fideiussori. num. 140. cum sequent. & est uerior secundum Ioannem Garcia. in reg. 9. n. 2. Oportet t facit doctrina eiusdem Bart. in solent, nu. 4. ff. de aliment. & cibarij lega. tenentis, quod quando heredes sunt laici, pariterque clerici, & ab eis alimenta debent exigi, eorū petitio erit facienda coram iudi- ce ecclesiastico, & iudex secularis cogit laicos adire iudicē ecclesie. Nono t facit, nam mulier que comi- sit fornicationem cum clerico, efficitur de foro ipsius clerici. Federic. de Senis, conf. 167. incipit, Mulier accusata, que sequitur alij & eo referēs D. Per. ubi supra. Decimo facit

facit, gl. in l. si uers. fratribus, C. de numeribus & hominibus non contin. lib. 10. & expressit in c. nolite, uer. sicutum, prope fin. qua. 3. que uolunt, quod si sint duo socij omnium bonorum, & alter sit immunitus à solutione gabella- rum, alter uero non, ille qui non est immunitus, ex per- sona socij efficitur immunitus: quod late examinat Ias. in d. l. si emancipati, à nu. 5. vsque ad nu. 13. Sequitur idem Ias. in l. unum. 2. C. de transact. & restatur priorē gloss. communiter approbatam Cur. Iun. in l. unum. 3. C. de in ius uocan. uer. feri alios Doll. Antonius de Padilla in l. unum. 5. C. de diuersis rescriptis, & in terminis nostræ quæstionis hanc primam partem affirmatiuam tenuit originaliter An- ton. de Prato Vete. in l. in fin. ff. que sententia sine appella- tion. de rescind. an. sequitur Socin. in l. cum senatus, ff. de re- bus dubijs, col. 3. in fi. dicens ita fuisse obtentum in pra- ctica, & esse bene notandum pro liberando amico à pœna mortis: idem se testatur Mediolani uidisse Cal- sanæus in consuetudinibus Burgun. rubr. l. 5. uers. Archi- diaconus, num. 70. quam sententiam sequuntur plures relati per Couarra. in practica quæstionibus, c. 24. num. 1. & D. Fe- rez. ubi supra, col. 744. in fi. & sequentibus: & per doct. An- ton. de Padilla ubi supra, num. 5. & inque testatur communem Bossius in sua practica crimin. §. final. q. 36. uers. euenit pla- runque, ubi refert alios auctores testificantes de pra- ctica huius opinionis. Idem nouissime fecit Ludovicus Mexia in pragmatica taxa panis concl. 5. nu. 74. fol. 84. & restatur eam esse magis receptam, licet illam vix obseruent laici iudices, Menoch. de arbit. iud. centur. 4. lib. 2. casu 371. n. 13.

7 His tamen t omnibus non obstantibus, prædicta sententia uera non est, sed imo falsa & non tenenda, sed potius contraria, quod delinquentibus simul clerico & laico, vnusquisque eorum coram suo iudice sit con- ueniendus, clericus coram ecclesiastico, laicus uero coram seculari: itaque iudex hoc casu minime poterit con- ueniri coram iudice Ecclesiastico, nec per eum puniri. Quod primo probatur: per nostram l. Regiam, ubi pri- uilegium fori coronatis concessum itaquam persona- lissimum consideratur, imo per eam restringitur, ut mi- nime locum habeat, nisi concurrentib. qualitatibus, de quibus in ea: & hoc respectu tantum ipsius clerici, non uero alterius laici, etiam simul delinquentis, quia id liberet fatetur: negari tamen non potest quin u- gens præbeat argum. pro hac parte. Secundo idē probatur ex text. in l. si quis uxori, in prin. ff. de iur. ubi in delicti socius criminis minime gaudet priuilegio so- cij. Tertio probatur, quia inquisitio delicti, & ejus pe- na diuidua est inter delinquentes. In qualibet enim persona eorū reputatur diuersum ac distinctū delictū argum. l. cum materia, C. de cōdatione ferri. Ergo separari debent, ne eludatur iudex secularis, nec fusc iurisdic- tionij præiudicium fiat prætextu clerici: & qui libet debet conueniri coram suo proprio iudice. Quarto probatur argum. text. in l. si quis peruersum, §. si de furtis, ubi si plures delinquant, & in uno subest qualitas ag- grediendi delictum, & in alio cessat, in illo debet per iudicem augeri, in hoc uero minime. Quinto probatur argum. text. in l. minoribus, C. de his quibus, ut indignis, ubi condemnatis pluribus de eodem delicto, uno eor- um appellante à prædicta sententia suspenditur tan- tum per appellationem respectu appellantis, non uero respectu non appellantis. Imo exsequi statim potest contra ipsum qui non appellauit. Sexto facit, quia si cōtraria sententia esset uera, daretur laicis occasio de- linquendi sub tutela clerici, cum in eo foro iudices Ecclesiastici mitiorem penam solent imponere: quod non est permittendum, maxime in fraudem iurisdic- tionis secularis. Septimo t uelimo facit optima doctri- na Speculatoris, & aliorū doctorum tenendum, quod

fratres tributarij non liberantur à contributione onerata pro suis partibus, si habeant patrimonij uel fun- dum communem cum alio fratre clerico, cum hoc on- nera diuidua sint, & commode distribui possint pro parte illius fundi uel patrimonij adhuc indiuisi, quod competit laicis: ne inde damnus Rex uel Respublica indebitè patiat, ut aduersus Hippolytum singulari 80 contrarium in hac specie existimantem recenset Couar. ubi supra, n. 2. & Omlora de nobilitate, part. c. 1. nu. 16 fol. 24. subdens, iudicem ex officio cogere posse illos fratres dividere bona communia, ut ex partibus aliorum soluantur collectæ, & plures referens d. D. Perez ubi supra collat. 748. & Mexia ubi supra, n. 77. fol. 84.

Quare hanc secundā sententiam in quæstione prin- cipali uerissimam esse, & sapientissime & communiter in iudicijs prædicatam, contrariam autem minime, affir- mant plures, tam exteri, quam nostrates, ut constat ex relatione Ant. Gom. Couar. Doct. Perez D. Ant. de Padilla, Iulij Clari & Mexie, ubi supra, qui omnes idem affirmant, & horum Iulius inquit, ab hac communi obseruantia non esse recedendum in practica: quam opinionem expresse probauit lex 123. Stylis, & facti lex 9. eiusdem Stylis: hanc refert elio uetiorē & receptio- rem ex prædictis, Ioannes Garcia dist. reg. 9. n. 4. Non obstant t fundamenta adducta pro prima opinione, quia ipsa loquuntur & procedunt in rebus & causis connexis, indiuiduis & inseparabilibus, nos uero agi- mus in diuiduis. Quare si ellemus in causa indi- uida & communi, ita quidem ut nulla posset congrua distinctio nec diuisio fieri inter socios, quorum alter fori priuilegiū haberet, tunc tota causa, etiam quo ad socios non habentes priuilegium, esset tractanda coram iudice illius, qui fori priuilegium haberet, ut ex d. l. si commune ff. quem admodum seruitutes amittuntur, an- notantur varia exempla fingentes plures relati à Co- uar. ubi supra d. n. 2. qui n. præcedenti late agit de intel- lectu d. c. per tuos, de arbit. ne obset nostrę uerissime & receptæ sententiæ, text. in l. si C. de accusat. non probat 1. sententiam, quia uerba ejsdem leg. 5. relata sunt enuntiativa, à quibus argumentum non est sumendum, quia non inducunt dispositionem, l. Publica, §. si ff. de po- sitione. Non probat etiam doctrina Bart. in d. l. præcipimus, §. 10 eodem obseruando, num. 2. quia præterquam quod contra- riū tenent alij, & eos referens Mexia ubi supra, n. 76. ipse nunquam uidi prædicari, imo contrarium seruari in practi. Nec t doctrina ejsdem Bart. in d. l. solent, quia nō est uera, ut exillimat Alex. ibi super eum. Non nocet sententia Federici de Senis, tenentis d. conf. 167. quod mulier que comisit fornicationē cum clerico, efficitur de foro ipsius clerici, nam hoc fallum reputo, & con- trarium legibus huius Regni, quæ concubinas cleri- corum certis quibusdam pœnis puniri iubent: & ita quod concubina clerici non gaudet priuilegio fori, notat per alios Avil. c. 47. prator. in glo. iurilego, col. 2. di- cens, quod in ciuitate Placentiæ inuenit quandam provisionē Senatorij Regalium, ubi cavebatur, quod Episcopus illius ciuitatis seu ejus vicarius & prouisor, non cognosceret contra dictas concubinas cleri- corum super concubinato, sed tantummodo iustitia se- cularis illius ciuitatis. Non obstat etiam sententia gl. in d. l. si uers. fratribus, C. de numeris, & bono non conti. lib. 10. quia nimis dura est, & ideo eam reprobant Bartol. & Plat. d. l. fin. & dicit communiter illam non seruari in Practi. Cagn. in d. l. si emancipati, n. 58. & inquit dominus Antonius de Padilla in d. l. unum. 4. C. de diuers. rescriptis, quod nec ipse in iudicijs, si ex factis res ageretur crederet obseruandam opinionem dict. gloss. præterquam in in- diuiduis, in quibus saluari potest, Addit. Auend. 2. part. cap. 14. pratorum, num. 32. quod esset durum in nostra Hispania prædicari opinionem illius gloss. BB 3

preterquam in bonis confraternitatis, cuius maior pars esset nobilium.

S V M M A R I A.

- 1 Clericus prima tonsura et in minoribus ordinibus constitutus, habens beneficium ecclesiasticum, non tamen defrens habitum vel tonsuram clericalem, an gaudeat privilegio fori in criminalibus? Deciditur affirmatiue.
- 2 Lex alteram referens, debet intelligi iuxta terminos, qualitates ac renorem eiusdem leg. late.

L. 1. tit. 4. lib. 1. Nou. Collect. Reg.

Q V A E S T I O V I I.

Circa dist. l. 1. tit. 4. lib. 1. Nouæ Collect. Reg. ibi. y juntamente con qual quera destas calidades traxere habito, y tonsura clerical, quæro ulterius, an clericus primæ tonsuræ, vel in minoribus ordinibus constitutus, habens beneficium ecclesiasticum, non tamen defrens habitum vel tonsuram clericalem, gaudeat privilegio fori in criminalibus? & videtur ipsum minime gaudere ex didis verbis, iunctis Præcedentibus, ubi copulariue requiritur quod coronatus habeat beneficium, & habitum tonsuramque clericalem defrens, vt fori privilegio fruatur, vt patet inferius. ibi. y que de otra manera no gozen del privilegio del foro. Adeo vt in cõtrarium non valeat consuetudo, vt arbitratr Dominicus à Soro in 4. dist. tit. 2. q. 1. pag. 28. col. 1. in versu. rursus. Sed his non obstantibus, in prefata specie contrarium censio tenendum, imo quod clericus primæ tonsuræ beneficium ecclesiasticum obtinens canonicè, gaudere debeat privilegio fori, præcipue in criminalibus, etiam si habitum & tonsuram clericalem non deferat, quamuis ob id à suo iudice ecclesiastico puniri possit ac valeat, vt deciditur in decreto 6. de reform. sessio. 23. sacri Con. Trid. ibi. si etiã fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum & tonsuram defrens, &c. Coronatus itaque habens beneficium ecclesiasticum, gaudet privilegio fori, quamuis habitum & tonsuram clericalem nõ deferat; hoc namque solum requiritur ibi in clerico primæ tonsuræ, vel minoribus ordinibus insignito non habente beneficium ecclesiasticum, vt expresse deciditur ibi, & constat ex illa distione. Aut, quæ est disiunctiua. Nec his obstat lex nostra Regia in verbis supra relatis, quia ipsa in eis solã refert, atque materna lingua exponit literam Concilii Tridentini in præfato decreto 6. si que debet intelligi iuxta terminos & qualitates ac renorem eiusdem decreti ibidem relati, ex traditis per Burgos de Paz in l. 1. Tauri. in 1. par. 1. cõ. clausione. §. num. 14. & 345. vbi latè id probat, & dum dicit dist. leg. 1. I. juntamente con qualquiera destas calidades traxere habito y tonsura clerical, &c. intelligi debet, scilicet quando inferuerit ecclesiæ, vel in aliqua vniuersitate studuerit cõ licentia Episcopi: hæ enim sunt due qualitates proximiores, non vero referri debet ad casum remotiorem, nempe coronati habentis beneficium ecclesiasticum: lex etenim nostra in prædictis verbis non vult, nec intendit (non dico quod possit) corrigere dictum decretum 6. Concil. Trident. in hac specie prout contingeret, si aliud diceremus, sed tantum refert verba eiusdem, & præcipit, vt Concilium obseruetur: in dabitõ tãtè non est inducenda legum correctio, vt in l. sancimus, C. de testam. & in l. præcipimus, C. de appel. hocque clarius efficitur ex eadè lego paulo post ibi: Y no se haga fraude a lo dispuesto cerca dellas pro el dicho Concilio, Itaque qualitates Concilii iubet sine fraude obseruari; sed ipsam Concilium tan-

tum requirit qualitatem habitus & tonsuræ clericalem, in coronatis non habentibus beneficium ecclesiasticum, vt est prædictum. Præterea hoc sic manifestum ex instructione Regia ad finem dist. tit. 4. appõstra, vbi requiritur habitus clericalis, & tonsura in ordinatis minoribus ordinibus tantum, & in capitulo antepenultimo illius instructionis loquente de habentibus beneficium ecclesiasticum, ibi non requiritur habitus nempe & tonsuræ clericalis delatio ad hoc, vt coronatus gaudere debeat privilegio fori in criminalibus.

S V M M A R I V M.

- 1 An clerici primæ tonsuræ, vel alii in minoribus ordinibus constituti, non coniugati, liberi sint, atque immunes ab omnibus subsidis, censibus & tributis, in dist. siue gabella.

L. 2. tit. 4. lib. 1. Nou. Collect. Reg.

Q V A E S T I O V I I I.

Quæro an clerici primæ tonsuræ, vel alii in minoribus ordinibus constituti, non coniugati, liberi sint atque immunes ab omnibus subsidis, censibus & tributis, & indicis, siue gabella, à quibus clerici in factis constituti liberi censentur? In qua quæstione tãntè Nou. Collectionem legum huius Regni opinio affirmatiua, tam iure communi, quam Regio præualuit fuisque recepta communiter, imo iure Canonico probata in cap. quinquam, de censibus in sexto, vt resoluti Couarru. in lib. practiarum quæ. cap. 3. num. 9. & post eum Matien. in l. 1. tit. 10. lib. 5. Nouæ collect. Reg. glo. 1. num. 4.

Hodie tamen, attenta l. Reg. 2. tit. 4. lib. 1. eiusdem Collect. Regiæ, qua cæuet, quod clerici in minoribus ordinibus constituti soluant gabellã & cetera tributa, sicut laici, nisi sint soluti & adualiter habeant beneficium ecclesiasticum, contraria opinio negatiua tenenda est, scilicet, quod constituti in minoribus ordinibus, etiã si alius privilegio fori gaudere debeant, in ceteris tamen omnibus pro laicis reputentur, tam in cõtributionibus, quam in reliquis, & sic contribuere debent sicut laici, nisi sint soluti, & adualiter habeant beneficium ecclesiasticum: itaque si id nõ habeant, etiam si deferant habitum congruentem & tonsuram, debeantque ob id gaudere privilegio fori, adhuc tenebuntur soluere gabellam & reliqua tributa tanquam laici, per nostram legem suprãdictã, & quamuis videatur condere contra libertatem ecclesiasticam & clericorum priuilegia, & id eorum non seruanda, vt in e. que in ecclesiis, & in cap. ecclesia S. Marie, de constitutis, & in Auth. cassa & irrita, C. de sacrosanctis ecclesiis, attamen cum hæ personæ non sint mere ecclesiasticæ, sed potius laicæ, potuit iuste condi & seruanda est absque dubio, præcipue cum ante ipsius legis promulgationem Regiæ literæ fuissent concessæ, vt clerici primæ tonsuræ, etiam non coniugati, cogentur soluere gabellam, vt testatur Couarru. vbi supra: & credendum est id non semel decretum fuisse, & sic consuetudine introductum esse. Quæ consuetudo multum potest in his immunitatibus, vt fatetur idem Couar. vbi supra, nec ius Canonicum expressim vetat in clericis primæ tonsuræ.

S V M M A R I A.

- 1 Sententia diffinitiuã super declinatoria iurisdictionis Regaliõ opposita, an sit necessaria ad hoc, vt clerici primæ tonsuræ eam opponere, indigni efficiantur publicis officiis secularibus: pars affirmatiua probatur lege Regiã.

2. Hac

- 2 Hac tamen lex procedit in causa feudi & alijs id genus, quarum iudex secularis est competens, & tamen declinat ut eius iurisdictio.
- 3 An potentia ante sententiam sufficiat ad hoc, vt declinans iurisdictionem seculari, non efficiatur indignus officijs publicis.

L. 3. tit. 4. lib. 1. Nou. Collect. Regiæ.

Q V A E S T I O I X.

Quæro circa l. 3. eiusdem tit. 4. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ, qua cæuet vt clerici primæ tonsuræ, etiam qui alias iuxta decretum sancti Conci. Trident. & II. Regias præcedentes debeant priuilegio fori gaudere, qui semel vbi fuerint fori præscriptione aduersus iudicem seculariẽ eiusque forum declinauerint, quod vulgo dicitur, que huieren re fundo la corona, o reclamado a la corona, indigni censentur publicis officiis secularibus, an ad hoc, vt hæ decisio procedat, requiratur & necessaria sit sententia diffinitiuã iudicis super prædictã declinatoria & resumptione primæ tonsuræ, vel sufficiat illam proposuisse, quamuis non fuerit prosecuta vique ad sententiam: Quia in re requiri necessario sententiam diffinitiuã, & sic quod cum effectu fuerit declinata iurisdictione iudicem secularium, pluribus fundamentis probat & tenet atque defendit Doctor Perez in l. 17. tit. 3. libro 1. Ordin. colum. 43. & sequent. & in terminis inquit hoc tenet Bald. in l. si quis in suo numero quinto, C. de iustici. testam. vbi Bald. dicit, quod si statuto cæuet, vt si quis declinasse inueniatur iurisdictionem communis, possit impune offendi: hoc non habebit locum ex sola oppositione exceptionis declinatoriæ iurisdictionis diu super illa nondum est pronuntiatum secundum Barr. quem refert in duobus locis: quam Baldi opinionem, quamuis ad terminos aliter l. Regiæ de quæst. in alia quæstione agemus, tenet, licet sub dubio, Couarru. in practiis quæ. 33. num. 6. & Mexia in Pragm. taxa panis conel. §. nu. 61. fol. 82.

Sed hoc non obstante, contraria sententia est tenenda, imo quod decisio nostrã l. 3. procedat, etiam si ad beneficium non fuerit peruenit super declinatoria, cum solum factum remittendi priuilegium tonsuræ & declinandi iurisdictionem Regalem consideret l. Regiæ, vt pena leg. locum habeat, & in hoc casu, quæ factum tantum, non vero effectus consideratur, loquitur Bald. vbi supra, & in terminis ita tenet Avendan. part. 1. cap. 19. n. 12. in princ. cuius opinio hodie nouissime per hanc nostram l. Regiam Nouæ Collect. approbata est, vt constat ex illis verbis: Aun que no obtegan sententia, ni lleue el negocio a ello. Quare non est amplius hæsitandum super hoc, cum legislator ad tollendum quõpiam & controuersiam, quæ ante erat in hoc articulo, id expresserit: quod etiam aduertit Doctor Azevedo hic nu. 1. dicens hanc l. approbare opinionem Avenda. vbi supra.

Placet tãntè intellectus hanc l. assignatus per dist. Doctor. Perez, vbi supra, col. 14. 4. vt intelligatur, quando coronati declinauerunt iurisdictionem seculariẽ in causa feudi, vel alijs id genus, in quibus iudex secularis est competens, & tamen ab ejs iurisdictione declinat, tunc enim iustum est, vt qui iurisdictionem seculariẽ declinauerit, dignitatis & officijs publicis secularibus careat & indignus eorumdem efficiatur: quod comprobari potest ex l. 9. tit. 1. lib. 3. ordin. vel ibi: Maliciosamente por fatigar a su contrario, Item Doct. Perez in l. 1. o. tit. 1. lib. 1. col. 801. ibi, quia ita lex.

- 3 Si tamen post propõsitã declinatoriam ante sen-

tentiam penituerit & ab hæ expresse recesserit, videtur ei parcendum, vt tenet Doct. Perez vbi supra, de quo hodie, attenta nostrã l. dubito, propter nimiam generalitatem ipsius, quæ solum ipsum factum declinandi considerat: si tamen opinio hæc Doct. Perez alicui placuerit, eam limitandã censentur, si penitentia & recessus à declinatoria fieret, postquam ageretur de consequendo aliquo officio Regali, antequam consequeretur, quia videtur id in fraudem leg. factum. Et forsitan clarius dici potest, quod hæc lex ponit tres casus de eo qui habet ordines minores. Primus casus est in resumente coronam, Secundus est quando declinauerit iurisdictionem seculariẽ. Tertius est, quando potest gaudere privilegio fori, quod conuincitur per dictionem O que indocit casum diuersitatem, vt in l. hac verba, 12. ff. de verbor. significis. Hoc supposito, considerari potest quod nostrã lex, est dicat de declinante iurisdictionem habere seculariã officia non posse etiam ante sententiam, non hoc ipsum dicit in primo cap. scilicet, in resumente coronam, quod scilicet is etiam ante sententiam non possit habere officia, & ratio diuersitatis est, quia declinare sit coram iudice seculari: & sic est maior audacia: sed reassumere coronam sit coram Ecclesiastico, quo casu requirebatur reassumptio cum effectu, ita quod sequeretur sententia, & hoc per nostram legem non reperitur correctum.

S V M M A R I A.

- 1 Coronatus declinans iurisdictionem seculariẽ, amittit Regias concessiones, vt in hac l. sed an iustas sit.
- 2 Hoc procedit quando quis declinauerit malitiose iurisdictionem seculariẽ, vt in casu non permisso.
- 3 Cautela, vt coronatus in penas huius legis minime incurrat, nempe vt iudex Ecclesiasticus ex officio suo, non ad instantiam partis petat remissionem causæ.

L. 4. tit. 4. lib. 1. Nou. Collect. Reg.

Q V A E S T I O X.

Quæro tãntè primo circa l. 4. tit. 4. lib. 1. Nouæ Collect. Reg. quæ sic asserit: Qualquiera nuestro vasallo, que de nos oviere tierra, o lancas, o declinare iurisdictionem de nuestra iurisdictione, quando ser clerigo de corona, y no ser tenido de responder ante nos, o ante nuestro iudex, o por la dicha razon, que por esse mesmo hecho sea perdido, y sea privado de la terra y lancas que de nos tienen, o tuvieron, &c. an hæc lex sit valida & seruanda? Et videtur quod non, quia tendit contra libertatem Ecclesiæ & privilegia clericorum, argument. text. in cap. que in Ecclesiis cum similibus, de constit. & in authent. cassa & irrita, C. de sacrosanctis. Sed hoc non obstante, contrarium est tenendum, imo quod hæc lex sit iusta & seruanda: iura enim in contrarium adducta debent intelligi, quando lex vel statutum aufert clericis directè vel indirectè aliquod ius vel privilegium indudctum à iure communi vel canonico: secus vero si auferat ius vel privilegium quæ habent & sibi cõpetunt ab ipsis Regibus vel dominis statutibus, vt in nostrã lege, quia tunc bene valet eorum dispositio, iuxta tradita per Paul. Castren. in l. si quis christianus, nu. 5. C. de Episcop. & cleric. quem refert & sequitur Ant. Gom. 3. tomo, cap. 10. num. 7. hanc legem late etiam defendit Doct. Perez in l. 1. o. tit. 1. lib. 3. ordin. col. 801. dicens quod Rex poterit, sicut quilibet alius, imponere subditio etiam Ecclesiastico legem talem, dicendo: Quicumque noluerit stare coram me vel meo officiali in causis, in quibus fuerit conventus, sit privatus omnibus emolumentis, commoditatibus atque stipendijs à me

B 4

habitis: & talis dispositio vel conventio est servanda, argum. cap. verum, de condit. apposi. & l. i. C. de donat. qua sub vobis. Ad do ego, quod videtur a principio supra dicta & concessa, iuxta legis juris communis & hujus Regni, ea tacita mente concedentis, quae est, ut ipsius jurisdictionem non recuset aliqui indignos eorum conceleat donatarius, tanquam ingratas, arg. l. si cum materia, C. de reuocant. donat.

3. Ex quibus dubitari posse videtur de intellectu hujus legis, assignato per eundem doctorem Perez in praesenti, scilicet in d. lo. tit. i. lib. i. ord. vet. col. 801. vers. quia ista lex, & col. sequenti, existimantem, decisionem hujus legis esse intelligendam, quando malitiose declinat quis jurisdictionem secularem, & in casu non permisso, ut in l. 9. praecedenti, ibi: *Que maliciosamente porfugiar a su contrario, &c.* Quia haec declinatoria inutilis & fraudulosa clericis prohibetur, ne venter contrarius, & ut facilius jus suum consequatur. Nam cum lex haec tantum auferat clericis primae tonsurae emolumenta & stipendia in Regia Majestate concessa, videtur ipsa locum habere, quocumque modo declinat veritatis clericis primae tonsurae forum iudicis secularis. Nec obstat, d. l. 9. ibi *Maliciosamente*, quia ea lex non tantum punit in suo casu laicos adherentes iudicium secularem non posse cognoscere de causa, & penes eius remissionem fieri debere ad iudicem Ecclesiasticum, amissione officiorum & stipendiorum, aliorumque emolumentorum, sed etiam omnium bonorum forum huius Regio applicandorum: tum praeterea, quia non loquitur in clericis, sed in laicis adherentibus causam non pertinere ad iudicem secularem, sed ad Ecclesiasticum.

Adhuc tamen his non obstantibus, verus videtur intellectus assignatus per Doct. Perez ad nostram legem, ut procedat, quando coronatus declinat iurisdictionem iudicis secularis in casu & causis ad ipsum mere pertinentibus, vel etiam in causis mixtis vtriusque fori, & sic quoties iudex secularis deberet vel posset cognoscere, etiam per praeventionem, tunc enim efficit propriam ipsius forum, quia alias si iudex secularis vellet cognoscere ad versus coronatum, vel etiam omnino laicum, de causa ad forum Ecclesiasticum tantum pertinet, & reputa spirituali, vel spirituali annexa vel alijs ad forum Ecclesiasticum spectantibus coronatus, vel etiam mere laicus jurisdictionem iudicis laici declinat, non amitteret profecto dictas Regias concessiones, nec procederet nostra lex, nec d. l. 9. cum ipsa loquatur in malitiose declinante: & licet hoc verbum nostra lex non expresse, est tamen in ea intelligendum: alias enim statuentes contrarium, essent in peccato ac excommunicati, cum esset statutum contra immunitatem & jurisdictionem Ecclesiae, ut in cap. quoniam, de immunitate Ecclesiarum, quod non est dicendum nec praesumendum velle legislatorem, iuxta tradita per eundem legislatorem in dicta lege decima, col. 802. eundem intellectum probavimus in nostro tractat. de jurament. confirmat. capitulo secundo, numero 17.

3. Erit autem bona cautela, ut coronatus in casu huius l. & l. 3. praecedenti non amittat praedicta regalia, scilicet, ut ipse non declinet jurisdictionem secularem, nec petat remissionem causae fieri ad iudicem Ecclesiasticum, sed iudex Ecclesiasticus ex suo officio, & non ad instantiam partis petat praedictam remissionem argum. o. text. in e. si iudex laicus, de sententia excommunicati in sexto, & ita plures id tenentes referret & sequitur contentens posse fieri Ant. Gom. d. 3. tom. cap. 10. n. 7. ad fin. & Doct. Perez ubi supra, col. 802. circa fin. & col. sequenti, dicens hanc esse notabilem cautelam & mentem tenendam & practitari solitam, & nos quo-

que ubi supra dist. d. c. 2. num. 28. & sequitur Doct. Azevedo in praesenti, nempe in leg. tercia, huius tituli, numero 2.

Sed videtur quod haec cautela procedere minime possit, si teneamus intellectum ejusdem Doct. Perez, de quo modo supra ad nostram legem, nempe ut procedat in causis pertinentibus ad forum seculare, & etiam in causis mixtis ad vtrumque forum spectantibus & sic ubi habet locum praeventio. Ex quo videtur, quod iudex Ecclesiasticus minime possit laicos repetere. Sed hoc non obstant, praedicta cautela est vera, iudicialis & tenenda, ut patet ex adductis per praedictos Doctores. Non obstat difficultas supra dicta, quoniam licet attento iure communi, iudex secularis possit cognoscere in illis causis contra laicos: ex privilegio tamen clauso in corpore juris competit clericis primae tonsurae, ut possint forum Ecclesiasticum ex petere, & seculare declinare in criminalibus, modo omnes qualitates ad hoc requiruntur a sancto Concilio Tridentino, & legibus Regijs praecedentibus concurrent in civilibus autem diu, ut resoluimus in tracta. de inuicem. confirmat. prima parte, cap. 17. n. undecimo, & sequenti. Quare id quod posset facere dictus coronatus, poterit etiam ipse non petente facere ex officio iudex Ecclesiasticus pro suo interese: & sic ratione suae jurisdictionis, ut probatur per dictos Doctores: sed caveat coronatus ne id affectet vel procuret, scilicet, praedictam declinatoriam & remissionem: quia si de eo constiterit, incurrit poenas harum legum: quia remedium astatum, vel procuratum nemini prodest, ut quam plurimis juris decisionibus comprobari potest, & in terminis tenet Doct. Azevedo ubi supra, n. 3.

S V M M A R I V M.

- 1. An sententia diffinitiva sequatur super declinatoria, ad hoc ut coronatus declinans iurisdictionem secularem, amittat Regias concessiones: pars negativa eligitur.

Ad eandem l. 4.

Q U A E S T I O I V.

Q V A E R O secundo, an ad hoc, ut poena d. l. 4. locum habeat, requiratur, ut sententia diffinitiva feratur super ipsa declinatoria, vel sufficiat tantum factum ipsum declinandi, licet ad sententiam praedictam non perveniat. Et videtur requiri sententiam, & aliter non incurrit poenam huius legis, ex tradita per me in quest. 8. supra, in primo loco, & per Covarr. pract. questio. cap. num. 6. in fin. Sed hoc non obstante, teneo contrarium, ut ibi tenui, & praeterea per nostram legem, ibi: *Que por esse mismo hecho aya per dado, & sea privado, &c.* Et sic lex non tam effectum quam nudum factum declinandi considerat. Idque maxime verum efficitur ex mente legis praecedentis, ubi id aperuit, quare eadem videtur durare in sequenti, hoc est, in casu nostrae l. 4. & quamvis quibusdam videri possit, hoc argumentum contra nos retorqueri posse: quia cum lex praecedens id expresse, & sequens omiserit, videtur innuere contrarium, quia si idem vellet & expressisset argumentum l. vnic. C. de caduc. tollend. in vers. si autem ad deficientur, in fin. responderet eisdem possum, id non procedere, quoties in sequenti dispositione aliud exprimitur, quod aequipollat primo, prove in nostra l. exprimitur, scilicet, *Que por esse mismo hecho aya perdido, &c.* & sic videtur idem his verbis sensisse nostram legem, quod praecedens in illis: *Aunque no obtengan sentencia, ni llege el negocio a ella.* Quamvis haec verba expressiora sint, per quae & nostra lex declarari potest, quia

quia non fuit opus eadem repeti in nostra lege, ne toties idem inculcetur, quandoquidem de mente constat & ita teneo, & post haec scripta idem probat Doct. Azevedo hic dicens, nostram legem procedere in hoc per solam petitionem, quamvis vtrius non procederetur. Et haec in declinante iurisdictionem: secus in re assumente coronam coram iudice ecclesiastico, in quo sententia requiritur, ut diximus supra, quaestio, septima, in fin.

S V M M A R I A.

- 1. Coronati declinantes iudices seculares, arma deferre non possunt, & an ad hoc requiratur sententia supra dicta declinatoria, vel sufficiat tantum declinasse.
- 2. Poena legis Regiae, clericis ob delationem armorum illata coram quo iudice exigenda sit, & numeris sequentibus.
- 3. Iure communi regulariter armorum usus est prohibitus, tam laici quam clericis.
- 4. Statutum laicorum adversus arma portantes, comprehendit etiam clericos.
- 5. Arma non amittuntur, nisi qui actualiter fuerit deprehensus cum eis, etiamsi constet illum arma portasse.
- 6. Vera resolutio in questione principali, coram quo iudice exigenda sit poena armorum delatio est illata contra clericum: nempe respectu captivum armorum, iudicem secularem ipsiusque ministerium esse competentes, respectu vero alterius parte pecuniaria vel correctionis in personam clericis faciendae ecclesiasticum tantum.
- 7. Iudex secularis, ipsiusque familia potestimo debet clericum armis deprehensum detinere & consignare suo iudici, ut illum puniat.
- 8. Iudex secularis poterit clericum cum armis post delictum commissum & declinatoriam oppositam ad ecclesiam confugientem eis in ecclesia solus.
- 9. Secus in laicis.

L. 5. tit. 4. lib. 1. nou. Collect. Regiae.

Q U A E S T I O X I I.

Q V A E R O circa l. 5. tit. 4. lib. 1. Nouae Collect. Regiae quae ita se habet: *Mandamos que de aqui adelante las personas que se han llamado, o llamaren a al corona, para se eximir de la nuestra iuris dicion Real, no tran armas algunas, publicas ni secretas, ams; para ella tengan nuestras carras, no obstante las leyes que permiten traer armas, porque nuestra intencion no es que las tales leyes se entiendan a las tales personas: si las traxeren que las pierdan, y mas incurran en pena de seys mil maravedis, la mitad para nuestra camera, y la otra mitad para el denunciador, y in e. que lo sentenciare, an ad incurrendas & poenas huius legis, requiratur sententia diffinitiva super declinatoria, nec he? Et quamvis ex supra a me adductis in questione praecedenti numero 9. & 10. videri forsitan posset, sententiam non requiri ad hoc ut nostra lex quinta, procedat, in casu tamen ipsius, quia ea aliis verbis vtrius, nempe, *que se han llamado, o llamaren a la corona para eximir se de la nuestra iurisdiction Real.* ex quo videtur, non tantum factum ipsum, ut in legibus praecedentibus, sed etiam effectum considerari, ut patet ex illis verbis: *Para eximir se de la nuestra iurisdiction, verius videtur requiri sententiam super hoc, nec sufficere fori declinatoriam, nisi super ipsa pronuntiatum fuerit, & sic quod exceptio habuerit effectum, nam ex sola allegatione reatum misse coronam no dicuntur coronati, nec forum declinasse in terminis nostrae legis ex pluribus probat Ludouicus Mexia in pragmatica taxae pennis conclusiones, n. 61. fol. 82.**

Maius autem & dubium est, coram quo iudice haec poena, quae ob armorum usum clericis hac lege infertur, ab ipsis exigenda sit, coram seculari vel Ecclesiastico? Pro cuiusmodi quaestiois praeva intelligentia sciendum est, iure communi regulariter arma esse prohibita, & eorum usum veterum iam clericis, quam laicis, tam intra Ecclesiam, quam foris, per text. in l. 1. C. ut armorum usus in Principe interdicit. sit. lib. 11. cap. clericis arma, de vita & honestate cleric. ubi inquit text. *Clerici arma portantes, & usurarij, excommunicantur.* Et ibi gloss. hoc intelligit, nisi ex iusta causa, text. in cap. 1. §. si clericus, & in §. si quis iusticus, de pace & eius violatoribus, tradunt late Covell. consil. 10. lib. 3. Socin. regul. 32. Corta, & Tiraguell. & eos referens Covarr. libro 2. variat. resolut. cap. 20. numero. fin. colum. fin. Idem in practico quaestio. cap. 33. numero. 7. late Jacobus Menoch. de arbitrar. libr. 2. centur. 4. casu 194. Clarus libro quinto, sentent. §. fin. questio. 82. in statuto. 6. in delatione armorum, & Petrus Placena de delict. cap. 8. numero. 25. existant haec de re leges Regiae, 456. & 7. & 9. titulo nono, libro 6. Nouae Collectio. Regiae, Quare iustissime leg. nostra cauetur, ut qui clericatus privilegio gaudere decreuit, vocans se ad primam tonsuram (ut aiunt) ut se eximat ad iurisdictionem Regali in derogationem ipsius, beneficio deferendi arma certo modo & forma ab eisdem supra dictis legibus Regijs laicis concessa vti non debeat: congruit enim rationi, ut qui iure clericatus forum seculare subterfugit, id tanquam clericus privilegio laicis concessio suo proprio factis periturus, quo fit, clericos non posse arma portare, quae legibus laicorum sint interdicta, in text. in d. l. cap. 1. §. si clericus, de pace tenenda, & eius violat. Vnde statutum laicorum adversus arma portantes comprehendit etiam clericos: quia in his quae concernunt publicam utilitatem, clericis comprehenduntur, l. addictos, C. de Episcopali audientia. At arma non portare concernit utilitatem publicam & quietem totius populi ut in authenticis de armis, in principio, collatio. 6. Et praeterea armorum usus non solum iure civili, sed etiam canonico est interdictus, ut supra est dictum. Ita existimant Peraltius Rub. in repet. c. per vestras, in secunda, notabil. in versic. sed est pulvra dubitatio, numero decimo tertio, de donat. inter virum & uxorem, Covarr. in pract. questio. dist. cap. 33. numero septimo, Doct. Perez in loco infra citando colum. 5. q. Ludouic. Mexia in pragm. taxae pennis, §. conclus. num. 48. estque magis communis opinio secundum Iul. Clar. in pragm. crimin. §. fin. q. 36. versic. ultimum quarto, ubi illam sequitur & se alio loco refert.

Redeundo modo ad quaestionem nostram, coram quo iudice exigetur haec poena ob delationem armorum a clericis, videtur dicendum, coram iudice laico hoc fieri posse: idque constare videtur ex eadem lege nostra Regiae, dum dicit: *Que las pierdan.* Ergo poterunt iudices seculares huiusce armis hoc clericos primae tonsurae licite spoliare. Sicq; existat ad hoc Regis edictum datum Hispani, & curus Granatae inter ordinationes Granatenis Auditorij, fol. 74. colum. 2. ut testatur Covarr. d. c. 33. num. 7.

Secundo hoc comprobatur vna ratione, quia alioqui si a iudicibus secularibus id non fieret, liberam haberet clericis facultate arma verita deferendi, ac inde maxima ab his celeriter perpetrarent in Reipublicae iniuria atque adversus ipsius quietem & tranquillitatem & Ecclesiasticis ordinis ac dignitatis opprobrium. Tertio, quia cum de iure requiratur deprehensio actualis cum armis, ut eorum condemnatio fiat, stante statuto, quod qui portaverit arma, ipsa amittat vel aliquid soluat, quibus verbis vbi videtur nostra lex, ibi: *Y si as traxeren que las pierdan:* argument. textus in leg. si Borsatorum, Codic. de fideiussor. &

tenent plurimi, præcipue Paulus in 1. nu. 4. Cabi Se...

minime posse peti contra cleric. ñ. nec ab eo exigi...

Quid tenendum: Certe in hac questione pro vera...

ricum quemcunq; arma prohibita portantem eis, spoliare, & abique vilo metu excommunicationis priuare...

torum, quamvis aliud delictum non commisisset, quod colligi potest ex traditis per Couarru. dicit. lib. 2. 9. varior. cap. 20. vers. trigesimo sexto.

SVMARIA.

- 1 Iudices & potestates seculares atque concilia populorum an temporales necessitate immine... 2 Inducibus & Rectoribus laicis est permittum cogere omnes, tam laicos, quam clericos, ut relicto sibi tritico...

L. i. tit. 5. lib. 1. nou. Collect. Regia.

QVÆSTIO XIII.

Quæro circa l. 1. tit. 5. lib. 1. Nou. Collection. Regia, qua cauerit: Que ninguno sea ofado de tomar, y usurpar por su propia autoridad los diezmos de las Iglesias, y si los tienen occupatos sin algun titulo, o derecho...

Soleat frequenter contingere, quod iudices & potestates seculares & concilia populorum sequestrari faciant tritico, & hordeum decimarum, & aliorum reddituum Ecclesiarum & personarum Ecclesiasticarum...

Rursum videtur iudicium fieri posse abique metu excommunicationis, per alteram Regiam legem, qua de iusta taxatione pretii tritici loquitur...

que esto se provea, y no aya la dicha salta, mandamos a los Corregidores, Gobernadores, y Alcaldes, y otros qualesquier justicias y juezes, cada vno en su jurisdiccion, que entendiendo lo por los registros que se han hecho...

Certe in hac questione mea sententia est, quod iudices & Rectores seculares, dummodo in procedendo & exequendo obseruent ad vnguem formam traditam atque præscriptam a dicta lege Regia...

pretium iustum taxatum ab eadem Regia pragmatica. Præterea meo iudicio præcedere debent omnia supradicta requisiita faciendi ipsis clericis, cum pretio prædicto, antequam ab eis auferatur vel sequatur triticum, videlicet, quod attenta præfenti maxima necessitate populi sue Reipublice egentis, ipsi vendant & præbeant superfluum triticum quod habent, para la ai homiãga, a panaderas, vel aliis personis egentibus; nominatis ab ipsis iudicibus & Rectoribus secularibus soluto sibi iusto pretio à Rege taxato, quod realiter offerri debet: quod si tunc renuant iusta petitionis habeat locum dicta lex Regia: quod constat ex ipsa sibi. Les manden y apremien a que lo vendan, segun les suere por ellos repartido. Et ibi: sean obligados a lo vender luego a las personas que lo quisieren comprar. Nam non dicit lex quod statim ab eis auferatur nec sequatur, sed quod eis præcipiant & cogant, ut vendant, ipseque ad id teneantur: ergo requisitio præcedere debet, ut constet de ipsorum cõtumacia, maxime in clericis. Nec enim hoc casu, hincque servatis servandis, & cum Regia supra allegata pro contraria parte nec Bulla Cœna Domini: quod si prædicti iudices & Rectores seculares excedant metam & formam prædicti. Regia, secundo loco allegata statim de facto, non servatis servandis, & cum præcipitatione (quæ est nouera iustitia) frumentum clericorum vel Ecclesiarum occupet & usurpent propria auctoritate vel sequantur: existimo quidem eos inique facere, quia cõtra Deum & sanctorum Patrum nituntur sanctiones, ut in cap. causa, in fin. de verbor. significat. & posse merito excommunicari a iudice ordinario Ecclesiastico, imo excommunicatos ipsos existere ex plurimorum Summorum Pontificum sanctionibus, præcipue text. in cap. 2. de rebus Ecclesie non alienan. eo casu directe incurrent sententiam excommunicationis latam in prædicta Bulla Cœna Domini, & poterunt præcedente causæ cognitione declarari incurrisse in prædictam excommunicationem Apostolicam, & ita vidi fuisse obseruatum in praxi, & quamvis negotium per viam violentiæ fuit delatum ad Regiam Cancellariam Pontianam: postea tamè remissum fuit ad iudicem Ecclesiasticum, qui quodam iudicibus & Rectoribus cuiusdam oppidi declarauerat, incurrisse sententiam excommunicationis Bulla in Cœna Domini, eo quod triticum decimarum Ecclesie & beneficiariorum eiusdem, antequam inter eos diuideretur, de facto occupassent atque sequestrari fecissent sub colore imminentis necessitatis, nõ seruando formam dicti. l. Regia. Iudex tamen ipse Ecclesiasticus præceperat prius, ut postquam sibi restitueretur prædictum suum triticum superfluum eius, quod onus nõ haberent, venderent & darent Concilio dicti. oppidi, pretio taxato à Regali Maiestate, sicque virtute decreti Regie Cancellariae, officiales prædicti laici restituerunt clericis triticum suum & humiliter petierunt absolutionem excommunicationis, quam incurrerant, inobediendo mandatis Ecclesie. Est verum, quod sequestrum in hoc casu licitum esset ad breue tempus, ne dum tractatur de exsequenda Regia pragmatica triticum occultaretur & lex esset imposita verbis: melius est enim præuenire in tempore, quam post exitum vindicare, & ne, dum Roma consulitur, Saguntum expugnentur. Sic enim licita est pragmatica executio, omnia etiam media ad commodam ipsius executionis licita erunt, l. ad rem, & l. ad legatum, ff. de procurat. l. 2. ff. de iur. omnium iudicum.

SVMARIA.

1 Decima, quæ vulgo tertias vocantur, competunt Regibus Hispania iusto titulo, nempe ex privilegio & concessione Summi Pontificis.

- 2 Reges Hispania possunt alienare in laicos prædictas decimas, vulgo nuncupatas.
- 3 Aduersus laicum infensatum de decimis currit præscriptio.
- 4 Iudex secularis cognoscit de his tertias, quomodo cumque causa tractetur, siue de iure harum decimarum, siue de facto.
- 5 Laici si inquietantur coram iudicibus Ecclesiasticis super huiusmodi decimis sic infensatis ante Concilium Lateranense, solent impetrare literas à Rege, ad inhihendum prædictis iudicibus Ecclesiasticis, ne de his cognoscant causasque remittant ad iudices seculares, quibus mandatur, ut faciant laicos gaudere dicto privilegio, &c.

Ad eandem l. tit. 5. lib. 1. Recop.

QVÆSTIO XIV.

QVÆRE T forsan aliquis, & secundo circo eandem, l. tit. 5. lib. 1. Nona Collecti. Reg. ad finem, ibi: Ni se entienda en los diezmos y tertias, que los Reyes nuestros predecesores y nos acõtinamos bramamos alienar a noçionem. Quo iure t Reges nostri Hispania, has decimas percipiunt, quod non oportet in dubium controuerti, cum sit perspicuum atque notorium Regibus Hispania iusto titulo, nempe ex privilegio & concessione Summi Pontificis competere in perpetuum, & ipsos solitos esse percipere has decimas quas tertias vulgus vocat, ut tenet Gregor. Lupus in l. 22. in gloss. No lo denen auer. & iterum l. 24. in gloss. Tomendic. mo. in versicul. qua in nota, tit. 20. pag. 1. Auenda. 2. parte, cap. 4. paratorum, numero vigesimo, dicens esse apud nos iura Regalia, ex concessione Papali, & Doctor Perez in l. 1. tit. 5. lib. 1. cap. 197. vers. Reges præterea Hispania, & clarus, colom. 208. ad fin. lib. 1. ordin. & nouissime Menchaca. lib. 1. controuer. lib. 1. cap. 89. num. 6.

Quo fit, t quod cum ipsi Reges iusto titulo illas tertias habeant & possident, sic quod sint in commercio laicorum & exemptæ à Summis Pontificibus, atque separata à iure Ecclesie, poterit alienari ab ipsis Regibus nostris in laicos, eisque cõcedi, eruntque iidè capaces earundè, ut testatur de iure sustinet Gregor. Lopez in dicta leg. 22. in gloss. supra allegata ex doctrina Feini, in dicti. cap. causam qua, num. quarto, vers. finitima secundo, de prescrip. & addit esse ad hoc cõsuetudinem in his Regnis. Et in Regno Francie esse eandem consuetudinem refert Guilielmus Benedict. relatus per Gregor. vbi supra, refert & sequitur supradictos Ioannes Garfia de expensis & meliorat. cap. 9. numero 97. folio 84. Et de iure idem late probat Menchaca vbi supra, numero secundo & sexto, asserens has tertias solere & posse alienari Principibus nostris, tam in Ducibus, Comitibus, Marchionibus, Hispanos, quam in alios viros inferioris cõditionis, & in eis iure hereditario succedi & præscribi posse, & migrare de persona in personam posse, tam quo ad iustam domini, quam possessionis causam. Quamvis Palat. Rub. in repetit. rubr. de donat. inter virum & uxorem, §. 37. ex istis, num. 13. referens Montalu. in contrarium relinquat cogitandum, quia quotidie inquit, ipsi videmus concedi has tertias à Rege aliis laicis. * Et t quod aduersus laicum infensatum de decimis currat præscriptio late probant Cuma. conf. 81. incipiente, causa deo. male. cuius meminit Tiraquei. lib. 1. retrati. §. 1. glo. 3. num. 8. & plenius tradit Paris. consil. 25. numero 10. lib. 4. quos refert & sequitur Aluarez Valase. de iure emphit. quæst. 17. n. 15. idem tenet Petrus Rebuff. in tract. de decim. quæst. 13. n. 55. vers. nisi contra laicum.

Ex quibus omnibus inferitur, t quod cum hæ decimas,

QVÆSTIO XV.

mae vulgo Tertias nuncupatae sint iusto titulo à Romano Pontifice in Reges nostros Hispaniae translate, poterit de eis iudex secularis cognoscere, utcumque causa tractetur, siue de iure harum decimarum, siue de facto, imo ad eum pertinet huius causæ cognitio priuatiue, quidquid alias sit, quando decimæ remanent penes ecclesias ipsas vel ecclesiasticas personas, ut cõ iudicio probauit Conar. in pract. 9. c. 3. m. 2. dicens, se semel ex literis Regis vidisse decimarum causam tractari inter ecclesiasticos apud Granatensem pratorium, ex eo quod Reges Catholici Ferdinand. & Elisabeth. decimas illius Regni Granatenensis obtinuerint à Pontifice Maximo, cum onere dotandi ecclesias; de qua concessione & ipsius tenore testatur etiam Roderic. Suar. alt. 28. per totam. atque in Hispania seculares iudices cognoscunt de eisdem decimis, refert Petrus Belluga, in suo speculo Principum, rubric. 13. de decim. §. restat. fol. 45. & sequens, & ipsum seruari in Regno Francie tradunt Carolus Molinar. & Rapel relatus per Conar. vbi supra, ultra quos idem testatur Rebuff. in tract. de decim. qua. 10. num. 19. dicens, quod hodie ex priuilegio conceit. Philip. Regi Francie (ut quidam aunt) quod Philippinum vocant, iudices laici de decimis feudaliibus cognoscunt.

Et si t laici inquietantur coram iudicibus ecclesiasticis super huiusmodi decimis sic infensatis ante Concilium Lateranense impetrare literas à Rege ad inhiendum iudicibus ecclesiasticis, ne de his cognoscant causasque ad iudices seculares remittant: ut faciant laicos vii & gaudere priuilegio dicto, & iura tenendi, portandi, colligendi & possidendi huiusmodi decimas in vim prædicti priuilegii, sicut referunt Reges Ferdinand. & Elisabeth. Reges Hispania, id præcipientes iudicibus Regalis auctoritatis Gallie, ut refert Ioan. Garl. vbi supra, num. 95. qui à num. 95. in idem est videndus. De quo meminerunt Benedict. & Chaffan. relatus per Rebuff. vbi supra, vbi addit, quod prædictum est ex Petro Belluga, in Hispania seculares iudices cognoscunt de eisdem, apud se hoc esse expeditum, quando laici iure tenerent illas decimas, alioquin non possunt cognoscere, teste Frederico de Sen. consil. 245. incipiente, Dominio And. qui bene distinguunt in proposito, nempe quod si quæstio decimarum vertatur super iure soluendi eas, pertineat ad solum ecclesiasticum iudicem, si vero super facto, ad seculares, ut in exemplis ibi per eum politis.

SVMARIA.

- 1 Laici sunt incapaces regulariter decimarum, & numero 1.
- 2 Sacerdotes consequuntur ius percipiendi decimas ex ministerio altaris & spiritualium, quia sensantibus spiritualibus, debentur temporalia, quorum exhibitio ordinatur propter ministerium spiritualium.
- 3 Summus Pontifex potest laicos concedere decimas ob sua benemerita in ecclesiam vniuersalem, saltem impensa, ut concessit Regibus Hispania tertias.
- 4 Laici legitime possunt habere decimas ex infensatione earum propter benemerita earum in ecclesiam vel ob aliam iustam causam facta à Prælato ante concilium Lateranense. & quando fuit celebratum dictum Concilium, quidne contineat.
- 5 Cap. prohibemus, in collectis, & n. 8.
- 6 Laicus habens decimas in feudum perpetuum concessas à Prælato ante Lateranense Concilium possit eas in laicum quocunque titulo transferre.
- 6 Laicus contra laicum, has decimas præscribere potest cum communi.

QVÆRO tertio circo eandem l. Reg. tit. 5. lib. 1. nou. collecti. Reg. in fine, ibi: Ni en los diez. mas que otras personas periculares llenaren por legitimas tertias, en los quales no se haga novedad, qui t tituli possint esse legitimi, quibus decimæ ecclesiasticæ iure competere possunt laicis, cum ipsi regulariter sint incapaces earum, ut in dicti. cap. causam qua, de prescrip. eo quod t ius istud percipiendi decimas, consequuntur sacerdotes ex ministerio altaris & spiritualium, quia seminantiibus spiritualibus, debentur temporalia, quorum exhibitio ordinatur propter ministerium spiritualium, quæ ab aliis, quam à clericis ministrari nequeunt, & sic hoc ius spirituale est, nec laici potest regulariter cõpetere secundum S. Thom. & Caiet. 2. 2. quæ. 87. art. 1. & quodlibet 2. ar. 8. & hæc est communis Doctorum ad notatum, in dicti. cap. causam qua, per tex. illum, ut asserit Conar. lib. 4. variat. resolutionum, c. 17. v. in princip.

Qua in re t dicendum est primo, titulum legitimum esse priuilegium expresse, vel concessionem Apostolicam à Summo Pontifice factam ipsis laicis ob sua benemerita in ecclesiam vniuersalem impensa. Nam non dubium est posse Summum Pontificem eo casu laicis concedere decimas, sicut concessit Regibus Hispania, ut in quæst. præcedens dicebatur, & probatur in cap. a nobis, & in cap. dudum, de decimis, estque indubitatum de iure & consuetudine.

Secundo, t poterit esse legitimus titulus in laicis percipiendi decimas, infensatum earum laicis de ecclesia ob benemerita, vel ob aliam iustam causam facta à prælato ante Concilium Lateranense. Olim enim ante prædicti Concilium Lateranense quod celebratum fuit sub Alexan. III. anno Domini fere 1179. ut ex pluribus auctoribus commemorat Couarr. vbi supra dicti. num. 5. versic. & dubio procul obtentum fuit, ut laicis de ecclesia benemeritis decimæ à prælatis perpetuo infensarentur, quod Concilium Lateranense in posterum fieri magno conatu prohibuit: ita quidem ut laici iuste possunt retinere decimas antiquas, id est ante prædicti Concilii sibi à prælatis in perpetuum concessas, non tamen eas quæ post Concilium prædictum etiam iure feudorum à prælatis fuerint eidem perpetuo datæ, ut probari videtur ex tex. in c. cum Apost. de his que sunt à prælatis, & in c. quævis, vbi gl. de decim. clarius te. c. 2. §. sane, de decim. in sexto. E quib. iuris hæc est cõis & receptissima sententia omnium scribentium; solus (quod ipse viderim legerimque) Petrus Rebuff. in tract. de decim. quæst. 10. n. 1. & sequens, præcipue n. 2. licet fateatur quod in supradictis conuenit omnis turba Doctorum, tenet tamè oppositum, nempe etiam ante Concilium prædictum incapaces fuisse laicos, & peccasse detinendo decimas: idq; pluribus rationibus & auctoritatibus probare conatur, inter ceteras vero per text. in cap. prohibemus, de decim. cuius verba sunt hæc: prohibemus ne laici decimas cum anima eorum suarum periculo detinentes, in alios laicos possint aliquo modo transferre, &c. Ecce enim text. dicti. Concilii Lateranensis insinuat laicos cum animarum periculo decimas possidere, quas etiam ante illud Concilium obtinuerunt.

Sed hoc non obstante, communis prior sententia amplectenda est, in qua omnes conueniunt secundum Conar. vbi supra dicti. num. 5. versic. legitur constat, quam etiam expresse non proteratque iura ex supra allegata, eam satis insinuat text. in dicti. cap. 2. §. sane, in versic. illas autè de decim. in 6. vbi text. videtur expresse legitimum titulum iudicare, quem habebant laici ad ius percipiendi decimas ex feudatione perpetua ipsius.

facta ante Concilium Later. ad hoc vt iuste possint à religiosis de manibus eorum laicorum predicta decima recipi , cum tamen alias minime ab eisdem laicis recipi per religiosos possent absque diocesano Episcoporum assensu, vt in principio dicti. §. cauetur.

5 Nec obstat ¶ text. in dict. cap. prohibemus, in verbis supra relatis: quia potest intelligi in decimis à laicis ante Concilium illud obtentis absque legitimo infeudationis iure, cum text. ille minime mentionem faciat de infeudatione aliqua, cuius titulo laici decimas obtineant, imo videtur aperte loqui de laicis, qui absque aliquo (legitimo saltem) titulo eos detinebant, vt constat ex illo versiculo detinentes, quod metum atque nudam detentionem de facto habitam significat, vt probari videtur in dict. cap. 2. §. sane, ibi: de decimis à laicis detentis. Et hoc modo potest saluari opinio Rebuffi vbi supra, cum statim in principio dicat hæc verba: Sed ego etiam teneo de his decimis, quæ ante dictum Lateranense Concilium nouo iure acceptæ erant, vt inferius probabitur. Secundo responderi conarruias vbi supra, fortasse text. illum in dict. cap. prohibemus, hunc sensum habere, vt laici obtinentes decimas in feudum ante Lateranense Concilium in periculo animarum sint constituti: quia minime impendant ecclesiis, à quibus eas acceperunt, seruicia, obsequia & ministeria, quæ secundum feudalis conventionis leges exhibere tenentur. Qui duo intellectus veri esse videntur atque conuenire heteræ & dispositioni illius text. quamvis generaliter, quia text. ille noluit decidere, omnes laicos ante prædictum Concilium Lateranense possidentes decimas, esse in peccato nec cum peccato eas habere. Non enim ad hoc præcipue venit, sed vult & decidit, quod laici cum animarum periculo detinentes, quicunque hi sint, non transferant eas aliquo modo in alios laicos.

Sed adhuc obstat, quia secundum hos intellectus, si laici cum periculo animarum detinentes decimas, non possunt eas in alios laicos transferre, vt in d. e. prohibemus. supradictis modis intellecto, sequitur à contrario sensu, quod laici habens decimas in feudum perpetuum concessas à prelato ante Lateranense Concilium, possent eas in alios laicos quocunque titulo transferre vel alienare, saltem Episcopi accedente consensu, vt tenet gloss. ibidem. verbo laicos. Hoc autem ¶ verum non videtur, quoniam et in ecclesia vel religiosis id fieri posset cum consensu Episcopi, vt in dict. cap. cum Apostolica, & in dict. cap. prohibemus, vbi supra dicta gloss. verb. laicos, in principio, & in cap. cum & plantare, §. de privileg. & testatur communem esse hanc opinionem Doctorum Couarruias. dict. lib. 1. variarum resolutionum, cap. 17. num. 5. Mench. lib. 2. controuersiarum illustrium, cap. 89. num. 2. in alios autem laicos id fieri minime potest, etiam cum consensu Episcopi, vt probare latius videtur à contrario sensu text. in dict. cap. cum Apostolica, & expressè in dicto cap. prohibemus, in sua generalitate, vbi omnes notant & communiter sentiunt secundum Abb. ibidem. num. 4. & alios referens testatur communem Couarruias vbi supra numer. 4. vers. præter hæc, & Mench. etiam vbi supra, & inquit Angelus de Clauas. in sua summa, verb. decima, num. 15. quod illa glossa contraria in dict. cap. prohibemus, in hoc communiter non tenetur: cuius differentie inter hos duos casus ea est ratio, quia non multum refert, quæ ecclesia, an hæc, vel illa habeat decimas antiquitus laicis infeudatas, dummodo exstiterint & exeant à laicis: quæ ratio cessat in alienatione facta in alium laicum. Nam tunc si valeret, posset tendere in magnum præiudicium

ecclesie, cui debentur nam per mortem ipsius sine filii deuoluerentur ad ecclesiam, vt in cap. secundo de feudis: sed per concessionem alteri laico factam impeditur huiusmodi deuolutio in perpetuum: nam etiam si iste liberus non haberet, postea alteri concedere, & sic deinceps in perpetuum: Ergo merito quod laicus transferre non possit predictas decimas in alium laicum, in ecclesiam vero sic.

Sed respondendo huic difficultati, dico veriorum & communiorum esse sententiam contrariam, quam tenet gloss. verb. laicos, in dict. cap. prohibemus, nempe vt laicus possit alienare in alterum laicum de prelati consensu decimas, quas legitime possideat, vt testatur plurimos ita tenentes referens, Menchac. dicto libro 2. controuersiarum illustrium, cap. 89. numer. 2. qui pluribus id comprobat fundamentis, præcipue ex dict. cap. prohibemus à contrario sensu. Nec obstat huius generalitas, cum potius loquatur restrictiue in detinentibus decimas cum animarum periculo & sine titulo: quia postquam res semel cepit alienari posse, iam exiit antiquam prohibitionem, vt libere deinceps alienari possit, argumens, l. quoties ab omnibus, cum natiua Cede fidei commissi. Denique pro hac parte, inquit ipse, est vniuersa Hispania consuetudo: nam postquam decima semel ex Pontificali privilegio ceperunt ex parte illa, quæ tertia vocatur, ad Reges nostros pertinere, libere tunc inde alienantur, videturque esse de facto in commercio laicorum, non secus quæ reliquæ res profane, & quod sic seruat de consuetudine: nec ab hac opinione, inquit, possemus discedere absque ingenti animarum damnatione & innumerorum contractuum euerfione: & similem consuetudinem esse Gallie secundum Chaffan. quem refert: eandem sententiam vltra cum probauit Syluest. in summa, versio. Decima, num. 16. versio. Tertium. Imo & ¶ laicum contra laicum has decimas prescribere potest cum communi contendit Mencha. ibidem num. 3. & diximus supra quæst. 13. num. 8. & ita etiam decimæ concessas laicis, quas possident ante Concilium illud, dicuntur beneficia patrimonialia, vt cum Guilierm. Benedicte. Chassi. & Staphileo refert & sequitur Ioan. Garfia. de expens. & mel. cap. 9. num. 93. qui tandem num. 97. tenet, quod cum beneficia, quæ nobiles Regni Gallie habent ex consuetudine & privilegio eisdem ante dict. Concilium Lateranense concessa, sint patrimonialia, ad instar partitioni possunt vendi, permutari, in dotem dari, obligari, & quod veniunt in iudicio famil. heredit. dicens lapide vidisse in senatu Gallico sustineri venditiones, permutationes & locationes harum decimarum, & quod quotidie deducuntur in indic. famil. heredit. & retrahuntur in re tractatus, sicut reliqua bona auita: & quod videt latas plures sententias, etiam nouiss. Senatoribus, qui ab icholis quotidie ad illud regnum veniunt, noua res semper via sit.

Possent tamen ¶ textui in dict. cap. prohibemus, assignari alius intellectus, quem sentit Abb. ibidem num. 2. scilicet, quod si intelligatur de possessoribus sine detinentibus sine titulo, tunc clarum est quod peccant mortaliter: quia occupant bona ecclesie. Si autem intelligitur de detinentibus in feudum ab antiquo, sicut a notata, in cap. quamuis, eodem tit. dicamus, quod detinet cum periculo, non tamen cum aperto peccato: quod periculum videtur imminere: quia timendum est ne Deus pronocetur, cum ex necessitate concessio fuit eis facta: pro quo facit etiam dictum cap. cum Apostolica, vbi laici dicuntur male detinere, licet recipiant in feudum: qui intellectus aliquo modo coincidere videtur cum ratione primi & secundi intellectus, modo supra adductorum: cessante enim necessitate

tate ob quam fuerunt concessas decimæ laicis ante Concilium Lateranense videtur quod cessare debeat ipsa concessio, vel quod saltem cum periculo laici decimas detineant eo casu, ac si absque titulo eas haberent, vel cum titulo, si modo impendant ecclesiis à quibus eas acceperunt. seruicia, & c. ad quæ leg. conventionis tenentur, vt ex supradictis intellectibus colligitur. Superest igitur verificata nostra conclusio, quam pro intellectu huius legis in 3. quæst. assignauimus supra in vers. secundo poterit esse, nempe quod laici possunt habere legitimum titulum ad percipiendas decimas infeudationis scilicet perpetuæ à Prelato factæ ante Lateranense Concilium ob benemerita vel aliam iustam causam, modo intelligamus iuxta supra dicta ipsos laicos impendere debere dictis ecclesiis & seruicia obsequia debita, ceteraque omnia adimplere, ad quæ per il. conventionis tenentur: alias enim cum periculo animarum eas detinent.

S Y M M A R I A.

- 1 Si dubitetur an decima titulo feudi à laicis possessa, concessa fuerit ante Concilium Lateranense, vel post, an probata immemoriali temporis earum possessione præsumatur concessa ante ipsum Concilium, & n. 2.
- 2 Laici prescribere decimas non possunt, etiam per tantum tempus, cuius memoria in contrarium non existat: & quomodo intelligatur.

Eadem lex.

Q U Æ S T I O X V I.

¶ Vexto ¶ quæro circa eandem l. 1. tit. 5. lib. 1. No. que Collectione Regia, quid si dubitetur, an decima titulo feudi à laicis possessa concessa fuerit ante Concilium Lateranense, vel post, an probata immemoriali temporis earum possessione, præsumatur concessa ante Concilium necne? Et videtur primo id non sufficere, quia laici sunt incapaces iuris spiritualis percipiendi decimas, ac proinde eas nullo tempore prescribere possunt, vt in cap. dudum, & in cap. causam, quæ, de prescriptioibus, sicque deficit titulus qui in tali prescriptione est necessarius, vt in cap. 1. de prescrip. lib. 6. Deficit etiam bona fides, cum laicus senoscere debeat incapacem possidendi decimas à Pontifice Romano non concessas, dicit. cap. dudum, & in cap. a nobis, & cap. sua de decimis, cum mala autem fide prescriptio non procedit, vt in cap. si cum similibus eodem titulo. Deficit præterea possessio, in qua potissimum innititur prescriptio, vt in e. sine possessione de reg. ur. in 6. l. 3. ff. de vsu cap. l. 1. §. per seruam qui in fuga. ff. de acquirenda possessio. vbi ad effectum prescribendi oportet adesse possessionem ciuilem & iuridicam: hic autem talis possessio non adest cū lex canonica fecerit laicos incapaces huius possidendi, vt in dict. cap. causam, quæ, nisi ex titulo & possessione, quæ reuera à Romano Pontifice habita essent, vt in dict. e. dudum, & in dict. cap. a nobis, & in terminis, quod laicus decimas prescribere non possit, etiam per tantum temporis, cuius initium memoria non existat, tenet Ioannes Monachus, cap. 2. de prob. in 6. & ibi Philippus Probis, num. 7. sequuntur Abb. & Felin. in dict. cap. causam, quæ, & Couarruias vbi supra, num. 2. versio. 1. ab eadem radice, vbi se refert eodem lib. 1. variarum resolut. cap. 10. & in num. 4. vbi plures allegant testatur esse communem opinionem: constitutes hoc casu rationem differentie inter privilegium Principis & prescriptionem immemoriam, quia laici privilegio Summi Pontificis possunt consequi & obtinere ius percipiendi decimas, non sic prescriptione immemoriali, quia laici

incapaces sunt possessionis huius iuris quæ necessaria est ad prescribendum, nec immemorialis prescriptio privilegio æquivaleret, vbi adest hæc incapax, idem fatetur Mench. lib. 2. controuersiarum illustrium, cap. 98. num. 7. & D. Didac. Perez. vbi supra, col. 112. vers. præterea.

His tamen non obstantibus contraria sententia tenenda est in nostra quæstione, imo quod si dubitetur, an decimæ titulo feudi à laicis possessæ concessas fuerint ante Concilium Lateranense vel post, si antiquitas possessionis immemorialis temporis fuerit, maximam præsumtionem inducat ad iudic. ntem titulum probationem ante Concilium acquisitum, siquidem non sit censendum, ecclesiam ipsas decimas tanto tempore percipere laicos assentiri sine titulo legitimo: quolo in specie tradidere Ioan. And. Au. Card. & Imol. dict. cap. cum Apostolicam, Achar. & Cardi. in dict. cap. causam, quæ, de prescrip. Alex. consil. 6. num. 5. ad fin. lib. 1. l. 1. consil. 155. num. 1. & seq. 4. volum. 2. latissime probat Barbatus, consil. 15. incipit. Sapeater scribitur, volum. 2. dicit communem Francisc. Balb. tract. prescriptio. part. 5. part. principalem, quæst. 7. ad fin. num. 21. fol. 49. volum. 8. tradit. unum diuerso, unum doctorum, vbi laicam probat: sequuntur alii, & eos referens Petrus N. Azuend. lib. 4. cap. 4. præsumitur, num. 21. dicens, quod si allegatur titulus habitus ante Concilium Lateranense probata immemoriali, possent laici decimas percipere: hæc etiam sententiam sequitur & affirmat communem plures referens Couarruias dict. lib. 1. variarum resolut. cap. 17. num. 5. vers. sed si dubitetur, hæc quoque tenet Greg. Lopez in l. 2. in ver. Tomen diez, no. col. fin. tit. 20. part. 1. vbi asserit, quod hæc opinio videtur magis communis. Eandem etiam sequitur & testatur communem plures referens Burgos de Paz. consil. 5. num. 5. & denique Mencha. vbi supra, num. 6. & 7. licet nimis hoc incalcet cum præd. communi opinione, quæ alio casu loquitur, vt statim dicam. Eandem tenet cum supradictis doctor Molina de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 5. num. 47. & Ioan. Garfia de expens. & meliorationibus, cap. 9. num. 96. & testatur communem plures referens Mascardus de iure tenendum est. Et tamen allegandus semper prædictus titulus habitus ante Concilium Lateranense vltra antiquitatem possessionis immemorialis, quia ipse titulus probatur & præsumitur, vt sentiunt præfati doct. præcipue Balb. Azuend. & Mench. vbi supra.

Non obstant supra adducta pro prima opinione, quia ipsa non sunt contraria huic receptæ sententiæ & tenenda, sed diuersa omnino, quia loquuntur & procedunt, quando non allegatur titulus legitimus habitus ante Concilium, sed solus niterentur laici prescriptione immemorialis, quæ quidem minime sufficeret, rationibus supradictis sit tamen allegata reuera titulus habitus ante Conci. & dubitetur de eo, probata immemoriali possessione, præsumetur & probabitur sufficienter acquisitus titulus ante Conc. & hoc est, quod habet hæc secunda pars vera & tenenda, quare non possum assentiri eidem Mench. vbi supra, num. 7. existimanti id procedere, etiam si reuera laici privilegium à Romano Pontifice non habuissent: cum hoc casu videantur cum animarum periculo detinere decimas: non tamen erit necessaria probatio fama, ex qua deducatur, has decimas ante Conc. Later. in feudum concessas fuisse, vt contra Abb. Syluestrum, & alios, quos nouissime refert Mascard. vbi supra n. 6. tenet Greg. Lopez & Cona. vbi supra licet fortasse requireretur, saltem ex fama constare laicos eisdem decimas titulo feudi possidisse, vt cum Ripa probauit Conar. vbi supra, cuius opinionem ipse quoque sequor. Sed an laicus spoliatus à iure & possessione percipiendi decimas sit ante omnia